

August Varenius

**Augustus Varenius, SS. Theol. D. Hebraicorum Prof. & Univers Rostochiensis
Rector Ad Funus Consulare Quod ... Viro Dn. Joachimo Kleinschmidt/ Reip.
Rostoch. Consuli dignatissimo, In aede Mariana hor. 1. pomerid. parant Vidua &
Liberi moestißimi Omnes omnium ordinum Cives Academicos peramanter invitati**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77155432X>

Druck Freier  Zugang



Varenius, A.,

in J. Kleinschmidt.

R. 1652.

16.

AVGVSTVS VARENIVS,
SS. Theol. D. Hebraicorum Prof.
& Universi Rostochiensis
RECTOR

Ad
Funus Consulare

Qvod
AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO
VIRO

DN. JOACHIMO

Kleinschmidt /
Reip. Rostoch. Consuli di-
gnatissimo,

*In ade Marianâ hor, i. pomerid, parant Vidua &
Liberi mæstissimi*

**Omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos peramantè invitat.**

• S (O) S •



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Anno M. DC. LII,

Memorabile planè vereq; signum magnum est, quod Johannes è adelpho ιμάνι
καὶ συγκονιώντος ēn τῇ Θλίψῃ καὶ βασι-
λεῖα καὶ παρουσίᾳ. 2. γενετā, in tubā septimā A-
pocalypticā, terribili partim : partim jubileā
majestate descripsit. Vedit mulierem gravidam,
sole amictam, quæ sub pedibus Lunam : in capite
stellarum 12. habuit coronam : candemq; κερα?ou-
σαν, καδινουσαν, imò βασανιζομόνη τεκέν : vedit Draconem magnum
rusum 7. capita, totidem diademata & cornua terribilem, qvisletit ante
mulierem paritaram, ut cum peperisset, Filium ejus devoraret : vedit ra-
ptum mulieris illius Filium ad Deum & Trinum ejus : & irrito inde ac irri-
tato Dracone, vedit pralium in celo : audivit vocem magnam partim Jubi-
leam : partim ejuleam : vedit, Draconem jam in terram ejectum, nec tran-
quillam concedere mulieri, erenum : sed horribiliori furore in exulem.
mulierem, qvod in ejus meditabatur masculam sobolem evomere, &
ut illam faceret ποτειωφόρην ore suo flumina aquarum ejicere: exinde
abire, ut gereret bellum cum reliquis ex mulieris illius semine, observantibus
præcepta Dei & habentibus testimonium JESU CHRISTI Apoc. c. 12.
Illustrē ἡλασίαν nō de Mariā Θεοτοκίᾳ, & generatione Messiae ex virgine,
per mirabilem illam ἐπιλογίαν & προστασίαν corporaliam, cum Pontifi-
ciis (cum & Prophetica sit, & revelans à dei γένεσις ēn τέχνῃ, illa
qvam à DEO Patre datam sibi, JESUS CHRISTUS per
Angelum revelavit Johanni, Apocalypsis c. i. i.) sed de Ecclesia
intelligimus Apostolica qvæ est mater omnium nostrorum : hæc
Sole justitiae JESU CHRISTO περιβελημόν, Apostolicum XII.
stellarum (stella sc. l. ei æstigies sunt Angeli Ecclesiarum c. i. 20.) Zodia-
cum, qvippe exædificata super fundamentum Apostolorum, in quo lapis an-
gularis Christus est Eph. 5. 2. 20 ostendit in capite, semper interius ful-
gida: qvia semper Sole justitiae, & Apostolorum corona illustris : at ali-
quando illis, qvi non habent περιφωνή μέσους οφειλούς τῆς καρδίας,
obscura, sine mundano schemate, pompā, splendore, qvippe qvam velut
instabilem & suis vicissitudinibus obnoxiam Vanitatem premit
κατα τῶν πόδων, ut ita habeat Lunam sub pedibus. Parturit illa, & di-
morquetur ad pariendum spiritualiter : parit qvoq; per fidem & publi-
cam.

cam professionem JESUM CHRISTUM; parturit s. adiv ingente
filiorum spiritualium numerum, usq; qvō in illis formetur Jesus Christus
Gal. c. 4. v. 19. Furit totumq; Acheronta movet in illum fidei partum.
Draco magnus, seductor oecumenicus: sed per sanguinem agni & per ser-
monem testimonii iulio prælio superatur, & in terram projicitur: insecta-
tur inde majori rabie pueroram: sed volat illa in desertum: neq; hic fu-
rorem ponit Diabolus: sed abit, ut bellum gerat cum reliquis ex semine
mulieris, observantibus præcepta Dei & habentibus testimonium JESU CHRI-
STI. Apoc. c. 12. 17. Quid sibi hoc principium velit, qværeris? Eadem
etiamnum agitur Tragoedia: licet non negemus principaliorem hujus se-
ptimæ tubæ partem respicere superiora & Apostolis propiora Ecclesiæ
sub Tyrannis & hæreticis tempora, Furit adhuc & plumbeas iras adver-
sus Ecclesiam, adversus animam, ne in illâ μορφωθή JESUS CHRI-
STUS, vel si jam est formatus, ne adolescat, gerit Draco & ticeps excande-
scientæ magna plenus. Coeterum salva res est: Rugiens Leo, terribilis Draco
agni sanguine vincitur: fide, & sermone testimonii superatur: Fides qvippe
nostra est mundi & Diabolorum victoria: neq; desunt victori in hoc cer-
tamine & divinissimo agone, præmia: datur vincenti occultum Manna
datur ψηφος λαζανη & in illâ κριών & soli accipienti intelligibile
ὄντα: dantur vestimenta alba: qvi enim, vicerit, verba sunt Filii ho-
minis ambulantis in medio aureorum candelabrorum, amicietur vesti-
mentis albus, neg, unquam delebo nomen ejus ex libro vitæ: sed agnoscam no-
men ejus in conspectu Patris mei, & in conspectu Angelorum ejus Apoc. c. 3. 5.
Illustrè triumphi hujus spectaculum divinissima Apocalypsis c. 7. sistit,
ubi repræsentantur, qui amicli sunt stolis albis, qvi venerunt ex afflictione
magnâ & laverunt stolas suas, ac dealbarunt in sanguine Agni illius: idè
sunt ante tronum illum Dei, & colunt eum die ac nocte in templo ejus: non
esurient amplius, nec sitiens, nec in eos cadet sol, nec aestus: qvoniام
agnus, qvi in medio troni est paschet eos, & absterfurus est Deus omnem la-
crymam ab oculis eorum. Atq; in hoc cœlestium Candidatorum, qvi ve-
nerunt ex afflictione magnâ, & dealbaverunt stolas suas in sanguine Agni
triumphi exercitu, jam jubilat, & εὐν αἴγια τῇ περισσα τῇ mortalis vitæ
adillam, quā jam effertur, gloriam, æstimat sancta beatissimi nostri JO-
ACHIMI Kleinschmidt Cons. Reip. Rost. dignatissimi, anima, Qvidni n.
beatissimum salutemus, cum beatissimos prædicet ipse Sanctissimus
Spirit. qvi εὐταῖον εἴη τέλευτα agnoscant illam מושת חכמת

eis & castigationis sapientiam Prov. 3.ii. Jacob. i.12. c. 5.ii. & ipsis summis
dæcūlereus & etenim reges regnū ut posset omnī p[ro]ficiā, magnā te-
statur voce: γὰρ οὐαὶ εἰς τὸν φίλον, ἐλέγχω καὶ παιδεύω Ap. 3.9. Sed nos,
quod novissimo honori debemus, in supremorū traditione peculiarem
nataliū, vītē & mortis memoriam dabimus. Natus est anno circ[ulo] n[ost]ri
d. 9. Nov. honestissimus Parentibus, Patre sc. PETRO Kleinschmidt/
Negotiatore & Zythopolā: JOHANNIS Kleinschmidt / Civis integræ
vītē & famæ in Neuenkallen / ex honestissimā Matronā Sesā Eacsten/
filia: Matre ANNA, JOACHIMI Reimars / Civis Rostochiens. ex
MARGARETA Prudentissimi quondam viri Dn HENRICI DAS-
SOVII Senatoris hujus urbis eximii, filiā, & sanctiori statim facramen-
to tenatus, JESUM CHRISTUM induit. Laudanda omnia hic est
Parentum pie defundi vigilantia, qui cum præter pie defunctum duos,
Deo benedicente, in venerabili toro, suo de sanguine cretos Filios
agnoscerent, omnes tres ἀπὸ βαπτ[ism]ου Studiis destinarunt, nec ullis hic
sumtibus pepercerunt: & certe insigne delitium domesticum habue-
runt; in PETRO & JOHANNE Kleinschmidt / p. d. fratribus:
uterq[ue] ad illud virtutis & immortalitatis fanum passis contendit velis:
& aspirasset uterq[ue], nisi illum in ipso Studiorum ac ætatis flore, in ipsis
Academicæ militiae castris, dum Argentorati strenue sanctioribus Mu-
sis litat, Mors acerba sustulisset, donatum celeste κύρος εὐλεέσσει &
verè μεγαλεπεπήδοξος: alter tamen JOHANNES Kleinschmidt/
id mortalis obtinuit, ut J. U.D. & in Acad. h[oc] Prof. celeberrimus clue-
ret, & mortuus anno circ[ulo] hoc XXXIX. ipso mense Octobri, præclarum
cum recordationibus desiderium relinqueret. Nec minores delicias
quaerentes noster in illâ tenerâ prætextâ visceribus Parentum dedit:
qui cum vix decimas emensus aristas esset, clarissimis informatoribus
GEORGIO SESEMANNO, NICOLAO CASSEBLURGIO: illi
Scholæ Mollenæ Rectori: huic Ecclesiæ itide Pastor: inde Othoni GVAL-
PTERIO Scholæ Lub. Rectori: JOHANNI TARNOVIO, celeberrimo
post illa Acad. nostræ Professori, pie def. per triennium laudatissimo præ-
ceptor: inspectore JOHANNE QUISTORPIO Theologo cele-
bratissimo p. m. concreditus, illos in studiis optimis processus fecit,
qvorum fructum per id quod ad ultior vixit, vītē spatiū, amplissi-
num Patria sensit.

Ad conjugium deinde cum suau Parentum animum appulisset, &
florentissimam Virginem WENDULAM CORFINIAM, Amplissimi &
Pruden-

prudentissimi Viri Dn. JOHANNIS CORFINII, Consulis quondam
Reip. hujus gravissimi & multis meritis clarissimi, Filiam domum duxisse
(factum autem illud Anno cl^o loc XX.) ipse delitum & exoptatissi-
mæ uxoris, & pulcherrimæ sobolis domi habuit. Sustulit ex illâ PÉ-
TRUM, JOHANNEM, ANNAM, JOACHIMUM, WEN-
DULAM, MARGARETAM, CATHARINAM & DOROTHEAM:
octonarium suavissimæ prolis numerum: & JOACHIMUS quidem,
in ipsa peregrinatione, & barbaria, dum Neapolitana Italie solvens Alexandriam
Africae iter mari parat, suas pariter & parentum expectationes feliciori
antevortit mortis itinere: vivunt tamen, KLEINSCHMIDII sanguis,
septem, in quibus ANNA Integerrimo Viro JACOBO Rhesebeten/
Cerevisario & Negotiatori WENDULA Viro Clarissimo Dn. TOBIÆ
ROMBERGIO Civi, Zythopole, & Aerarij publici Rost. Secretario specta-
tissimo felici stabiliq; junctæ sunt connubio. Turbavit eqvidem illam
felicitatem domesticam mors desideratissimæ sibi WENDULÆ,
quæ uti vere ~~ταρπειον της αργειης~~, fuit, & pars altera cordis, ita ante
diem acerbo condita funere, pie defunctum A. 1.6.38. in vehementissi-
mos luctus, doloresq; conjectit: verum & hanc fideliissimæ conjugis jaclu-
ram compensavit, stemmate pariter dignissima, & virtutibus incluta
Matrona ANNA Gladovien/ Eminentissimi & supra seculum sentientis
Viri Dn VINCENTI Gladovien/ Consuls hujus Reip. inclusi, Filia,
Dn. LEVINI FRIDERICI Cerevisarij quondam apud nos relieta Vidua,
à pie defuncto anno 1639. domum ducit: ex quâ 4. quidem filiolos sustulit:
at, elatis acerbiori fanere tribus, unum HENRICUM his in terru reliquit:
Ita natales, prætexta, toga & conjugii status nostro decurrit pie defuncto.
Constabat jam toti Rostochio virtus KLEINSCHMIDII nostri:
cujus proinde opinionem, suo Amplissimus Reip. oppid. Senatus,
comprobavit judicio, quando Anno cl^o loc XXXIII. d. 29. Martij
illum in Senatorium ordinem cooptavit: &, cum in hoc illibata fide, &
intaminata fulsiller laude, felix laborum, & non obscurorum in patriam
meritorum, tandem ad Consularem hoc ipso anno solemini Mattiae die
sustulit dignitatem: quam o ~~μαργαρητης~~ noster admisit quidem: sed
cum timore ac tremore, Deum, qui corda & renes scrutatur, testatus,
se tanto oneri in hac fundi patrii calamitatem, accedere poplite succiduo,
eundemq; obtestatus per viscera misericordiae poposcit Spiritum
חיה וגוועת, quo nomine digialectu essent, quæ Ephemeridibus suis,

A 3

manz

unā cum devotissimā precatiunculā ad diem 24. Febr. currenris anni
adscriptis, nisi Programmatis angustia obstatet. Qui, in illo Consulatus
apice Beatissimū nostrum affectus exercuerit, illis, qui ēποπτας fuerunt
Beatissimi nostri in hoc paroxysmo, transcriberemus libentius: quām ex-
primeremus: nisi intereflet ad pie defunctū, pugnam non magis reticere:
quam coronam: qui cum consors fuerit afflictionum Christi, cum revelabi-
tur gloria ipsius, gaudebit ἀγαλλιαμένος. 1. Pet. 4.13. Hypochondriis &
Melancholico humorī, id adscribere tam facile est, quā vel in tertio cœlo
ἀρρώστη πνύαται edoctum Apostolum, ejusdemq; συλλογη, 2. Cor. 12.7.
quem ipse Angelum Satanam s. Diabolum τὸν ἀριθμένον κελαφί-
ζόμενον se, vocat, ad aromatarias vel Hypochondriacas relegate tabernas:
vel Davidem, totiens glocitantem, exundationes, nimbos, procellas, abyssos,
canales, & tubos, temptationum & afflictionum ingeminantem, vel Asaphum
an deficit in eternum benignitas Dei, an oblitus est gratiæ facere Deus fortis,
an occludet ira miserationes suas? Ps. 77.9. miserè lamentantem, Hypo-
chondriacos proclaimare. Nos uti concurrisse illos affectus vehementi-
simè, negare nolimus, ita morbum p. d. cum Petro i Ep. c. 4.12. πύρωσι
definimus: &, agnovit ipse beatiss. memor. Consul talem πύρωσι
misericordis Patris cœlestis εὐδοκία, qui in infernū dicit & reducit pro-
fectā: nisi forte nos Dei sanguine redēti, qvorū & capilli caput sūt numerati,
passerculis, qvorū, cū vel qving dupōdio veneat, nullō tamē cedit in terā sine
voluntate Dei nostri, viliores erimus. Mat. 10.29. Qvod si illam πανοποιίαν
τοῦ θεοῦ τεος μετοδίας τοῦ Διαβόλου, & illum θυγεῖον τὴν πίστεως, quo
sunt extingvenda ignita τοῦ πυροῦ jacula Ephes. 6. 12. 16. in hoc ipso ago-
ne aliquando sibi opinatus quoq; est deesse, illud ipsum fuit ἀστις πε-
ρασμοῦ: neq; interea desijτ ερδυναμοῦ ἐν κυριῳ καὶ ἐν τῷ κερτε
τησιχρῷ αὐτῷ. Sublevat sc. infirmitates nostras Spiritus, & cum ipse
quid oremus, ut oportet, non intelligamus, ipse Spiritus intercedit pro nobis
spiritus ineffabilibus Rom. 8. 28. cumq; fides ita in punctum contrahiri-
tur, ut se credere tentati non credant, clamat Christus illud ὅδα Apoca-
lypticum: ὅδα τὴν πίστιν αὐτοῦ: Ego novi fidem tuam: ὁ εστο fidelis ad mortem
meam & dabo tibi vitæ coronam Apoc. 20. 9.10.19. Expromptus est, insom-

nes

nes noctes agit, nec unquam Tartareas suos legiones in hiberna ducit
Diabolus. Ut *χείρων καὶ σώματος* sanctorum noceat, ut ipsas animas
telis ignitis torqueat, imo rugientis instar leonis absorbeat, artes illi sunt, &
in imo pectore cura. Invocatus adest in celesti illo apud Jobum con-
cilio, & quærenti Deo, unde venis? respondit à peragendo terram, &
à perambulando in eā; Inhiabat sanctissimo Jobo: sed nil poterat, nisi
dispensante Deo: utq; Diabolum veteratorem & calumniatorem Jobi
ac si non dōγεα hic iustus esset: sed utilē pietatem coleret, mendaci-
sum publicē argueret Deus, datur, omnia quæ sunt Jobi, in manu Dia-
boli: cumq; hæc filiorum pariter & jumentorum funera per illud: DO-
MINUS DEDIT, DOMINUS ABSTULIT, ipse Jobus efferrer, nec
omnino primus Tragedia actus, Satanæ ex voto cederet, nihil fracta Jobi
fide, reversus ille, pellēm, inquit, pro pelle, & quicquid est Viro dabit pro se
ipso: Verū mitte manum tuam & attinge ossa ejus & carnē ejus, in os tuum
maledicturus est tibi. Ut & hic Satanæ apostasiā Jobi durius tentati
persuasurus mendax argueretur, & fides Jobi esset victoria Diaboli, tra-
ditur totus Jobus in manu hujus, solo vitæ reservato privilegio. Job. c. 2.
5. 6. Quantum tum, irritatus, quia antea irritus, vehementiā, quam terri-
bili ferociā corpus pariter animumq; Jobi tentaverit Satan. s. o. avnī
μεντον, cīnis, testa, & ipse in cīnere & simeto Jobus loquitur, quando diem
noctemq; natalem execratur, quando mortem suspendimq; sibi precatur:
Quare, inquietus, Deus dat lucem ærumnos, & vitam amaris animo: Qui præ-
sistolantur mortem: nec tamen adest illa: qui perscrutantur eam plusquam ihe-
sauros abditissimos: qui lætantur cum exultatione & gaudent cum inveniunt
sepulcherum c. 3. 19. 20. 21. Qvo hic jure Deus egerit, plusquam Angelicā sub-
tilitate inter Remonstr. & Contra Remonst. disqviritur. Poluerat Ar-
minius triplex jus 1. beneficij creationis. 2. Maleficij s. criminis. 3. pacis fæderis.
Amyraldus contra jus illud, qvo Deus egerit in Jobum afflictum, absolute vocat
ūπερ χρήσης & ἀπεριφύσιας, à quo non omnis exulaverit iniquitas. Deum
cum Jobo egisse, ex immensa sapientiā, potentia, & majestate, eis
quædam injustè designaverit in castigatione Jobi: in qvo jure ὑπεροχῆς
fundamentum ponunt horridissimi decreti ac multò maximā generis hu-
mani parte absq; illo peccati tanquam causē moventis intuitu ad crucia-
gus durations eternos: magnitudine immensos destinato. Qyas argutias,
blasphemias.

blasphemias fugat unus in Epistolâ Jacobus: Videbatur impatiens
alicubi ad blasphemias etiam Jobus, & ipse pœnitentiâ in pulvere & cinere
deprecabatur culpas c. ult. v. s. 6. & tamen ὑπερονύ illi tribuit Jacobus.
Ex jure Maleficij cum Jobo, ut trinimum intestabilium reo, Deum agere,
ut judicem, nec esse hic δοκιμάσεις: sed αγορευτίσεις, sententia erat
mundi, & carnalis illius Amicorum trifolii: at damnatur hoc judicium
in foro Dei c. 1. 20. c. 2. 3. c. 42. 7. quem ut πλυντλάγχμονα καὶ
οἰκτρόμονα. Cum intimâ misericordiâ abundantem & miseratorem, cum Jobo
egisse, testatur Jacobus c. 5. 13. Illud ergo maneat: ille, qui sanctos suos
hac in vita ducit in infernum & reducit, siue illa περίμητρα sint in gradu,
χρημάτων: siue in 2. σωμάτων: siue in 3. πνευμάτων, siue illud
τέλος κυρίου, quod Jacobus memorat, in hac vita ostendatur: siue
cum morte & beatiori vita, & adeo militia cum corona conjungatur,
πλυντλάγχμων noster miserator & pater est: etiam cum saeculâ, cum
et affigat, cum occidit, cum non agnoscit potest Pater, Pater est: etiam illis,
qui in his flammis positi non possunt vel cum Apostolo exclamare:
καυχάμεθα εἰ ταῖς θλίψεσι: Rom. 5. 3. vel cum Jobo: etiam si occi-
derit me, in ipso sperabo, c. 13. 15. πλυντλάγχμων Pater est, & qui ita mo-
deratur, ut dulcissima Apostoli sententia adimpleteatur: μή ἀγαπῶσι τὸν
Θεὸν πάντα συνεργεῖται αὐτὸν Rom. 8. 28. conf. 2. Cor. 12. 7. Jacob.
1. 3. 12. 13. Neque ille multorum viscerum miserator Pater beatissimum no-
strum Confratrem in vehementissimo illo contra εζουσιας infernales
agone ita destituit, ut non τέλος κυρίου etiam hac in vita evidens fue-
rit. Post superatos enim, mirabili DEI misericordiâ, insignes paro-
xyssimos, in ardentissimas, mente integrâ, effusis preces, adstantibus præter
Confessionarium DN. M. RIDE MANNUM Ecclesiastam Marianum
fidelissimum, quam plurimis, sanctam & victricem mundi ac Diaboli
animam DEO commisit, & vehementiâ morbi victus, eandem d.
14. Octob. post 8. Vesp. placide sine ullo doloris & impatientiae signo
exspiravit, anno æt. LIV. Agite, honorati Cives, ite mecum, optumi
qvondam Senatoris, p̄fissimi Consulii, probatissimi CHRISTIANI, Literati & Lite-
ratorum amantissimi, Viri deniq; antiqua virtute & fide, sine fallaciâ ac fraude, ex-
qviis frequentes: quod hoc in Rectoratum eo ultimo vos posco. P.P.
Rostochij XX. Octob. sub Rectoratus sigillo.

•(0)•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn77155432X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77155432X/phys_0013)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77155432X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77155432X/phys_0016)



O D E U S in **P A T R I A M** pereuntem flette benigne
Constantes oculos, atq; O M I N A tristia tolle!

Où μὴ τρεπέν ἔχθισον, ἀλλ' ὅταν τρεπέν
χείρων τὰς, εἶτα μηδὲ τὸ τέχνη λαβεῖν.

Mæstus, beatis Dn. Affinis manibus po-

M. Bernhardus Taddel, Gr. L.

Vix abierte decem menses, qvum Consulis ampli
Elatum funus Republica civica luget,
Ac Scharfenbergum sibi contristatur adentum!
Nec coit hoc vulnus! Successor Consulis hujus
Dignus, KLEINSMIDIUS, Vir servantisimus equi,
Vir pius & doctus nunc funere mergitur aero,
Ceu folia hiberno tremefacta cadunt Aquilone.


Scilicet hora ruit; mutantur flamme Syrtes
Incerto; nobis incognita resia tendit
Mors; in nos Saranas minimè componit inanes
Insidias. Felix qui volvit postuma mente!
Cברחו At Tu parce DEUS; nec post, I, percutere
Dic, ut sublimi postes cum vertice nutent!

Debitæ condolentiaz ergo fragilit. humanae me
L. M. Q. scribebat.

M. Christianus
Log. Prof.

Vescier O utinam potuisset longius aura,
Qui plures annos degere dignus erat
Namque decus cecidit nostri conuenienti; labor
Eheu! Occupuit, quem super astra ferax

A 3



the scale towards document